UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

57. Cometa visus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68495

Visual Library

ſtero die, qui anniverſarius erat electionis 1664.
ſuæ, ſolennitate feſtivâ peracto, *Viennâ* diſce-
dit. Abeuntem in terris hæreditariis Cæſar *Excipi-*
pro dignitate habet. *Erphordiæ* Moganti- *tur Er-*
nus Elector adventantem præſtolatus, ma- *phordiæ.*
gnificè excepit, deduxit, eduxitque; & actis
iterùm gratiis, quod concurrente amici Prin- *In Weſt-*
cipis conſilio, auxilioque Civitate vel ita po- *phaliam*
tiretur, inter amplexus ab invicem diſceſsêre. *redit.*
Indè Corbeiam profectus, ſub Decembrem
feliciter *Monaſterium* revertit. Quando
Ottoni Henrico *Korff* condicto *Smiſing* Præ-
poſito, menſe nuper Octobri, in arce *Luding-*
huſanâ, præmaturè extincto, Guilielmus *Ba-*
ro Furſtenbergius plurium Canonicorum
ſuffragio ſurrogatus in æde Cathedrali Neo-
Præpoſitus ſalutabatur. 1665.

Annum nunc ingredimur, cujus initium 57.
terrori, finis ſtupori fuit Orbi Europæo. Id *Cometa*
Cometes incuſſit per eos dies viſus; hoc bel- *viſus.*
lum creavit, unus quod Epiſcopus, Batavo-
rum Reip. tam potenti inferre vindex, auſus
fuit; temeritatis an prudentiæ notâ dignior,
uti pro ſuo multi affectu variè arbitrati ſunt,
ego poſtquam cauſas, eventaque narravero,
æqui Lectoris judicio relinquam. 58.

Antè oculos *Chriſtophori Bernardi* conti- *C. Bern.*
nuè verſabatur nupera expugnatio arcis *Dyle-* *intendit*
rianæ, & litteræ Batavorum, quæ contra Tur- *ſecuri-*
cas proficiſcentem anno proximè lapſo ſecu- *tati pa-*
tæ, *tria.*